Poplany Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Valentinus od Matias Smurlo in Poplany haeres Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobilem Nicolaum od Alberti Bartoszkowic Poplawski ex inscriptionibus binis prima per eundem Nicolaum Nobili Alexandrowicz Poplawski in Triginta florenorum polonicalium inscripta tandem sibi demissa Alia vero per eundem Nicolaum sibi in Decem florenorum polonicalium inscripta modo obligatorio super certas partes bonorum Poplany deniq[ue] ob intervenientem transactionem quietavit et inscriptiones eiusmodi cassat.

Smurlowi Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Nicolaus od Alberti Bartoszkowic Poplawski Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Valentino od Matias Smurlo suisque posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Poplany consistentium in primo campo ab Olszyno quatuor sulcos a fluviolo Gatna ad viam Gatna qua itur versus Nadcawski inter metas Michnowicz et sui recognoscentis Item in eodem campo decem sulcos a fluviolo Gatna ad viam Gatna quae tendit a Borek ad Gaj inter metas Christophowic et Jacobi Wlostowic Item in silva communi sub Kiersnowo in mansis na Polie sulcum unum cum medio a loco dicto Gosnowy Grad ad fluvium Narew sub praedio Regali Kiersnowo extendentem inter metas Michnowic et Alexandrowic Item in secundo campo octo sulcos a Rowy ad silvam Dybrowa et in silva Dybrowa Quatuor sulcos a campo ad stratam Wolobowien inter metas Kazimierowic ex utraque parte jacentes, Item in eodem campo octo sulcos a via Wolbborska strata ad viam Kyzowa per viam Litewska et a via Kyzowa ad pratum Kiersznikowy Quatuor sulcos penes viam Plonowska jacentes Item in tertio campo decem sulcos a Rowy Blotkowe ad viam Lipnikowa inter metas Kazimierowic ex utraque parte jacentes cum agris pratis silvis mellificiis et omnibus utilibus nullis praeter seminatis hiemalibus reservatis in Summa Quinquaginta florenorum polonicalium hinc usque ad exemptionem et summae persolutionem obligavit ac inscripsit Cui jam ex nunc intromissionem realem cum admissione ac pacifica possessione perlibera et Nobiles duos acceptamam dat et admittit Praeterea de omnibus bonis cum posteris suis submittit ac inscribit eundem Comutarium et eius successores occasione Praemissorum ab omni impedimento juris quarumvis personarum et praecipue a Nobili Marina Kosinska consorte sua toties quoties curante eiusmodi jure obligatorio opus fuerit tueri defendere

50405

evincere eliberare intercedere rauificare et solus per se et per submissas personas non iniuriare sub vadio simili aliorum Quinquaginta florenorum polonicorum in defectum evictionis seu praemissorum possessionis ad solvendum succumbendo. Et coram officio praesenti in primo eiusdem termino peremptoria responsione ac satisfactione omnibus contra exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibuscunque appellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in universum juris remedijs et defensis ac legalibus impedimentis etiam de jure concessibilibus se et suos successores abrenunciando et abrenunciando.

Roszki — Quietatio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens nobilis Adam olim Francisci Zois Roskowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi nobilis Michael et Pauli Roskowski filiaster suus Quinque florenorum polonicorum debiti certi coram actis praesentibus inscripti in integro persolvit. Ideo recepta sua satisfactione quietat et liberum facit ac inscriptionem cum toto effectu cassat.

Lapy — Demissio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens nobilis Adam olim Francisci Zois Roskowski de Roszki haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia nobili Gregorio olim Marci Lapinski sororino suo et suis posteris obligationem suam terrae immobilis in bonis Plonka Ecclesiastica sitam sibi recognoscenti per nobiles Valentinum et Jacobum Plonskie Quinquaginta in Quadecem florenorum polonicorum inscriptam cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sive ac parata intromissione possessione evictione et juramento in originali inscriptione contentis ac utilitatibus omnibus in eisdem bonis existentibus nullis exceptis sua satisfactione accepta demittit omne et integrum jus suum sibi competens demittens in personam ipsius et eius successorum transfundit. Intromittendi illi ex nunc cum pacifica possessione ipsius acceptandam admittendo.

Zalesie Woiny — Dotalitium

Coram officio et actis praesentibus Castrensi Capitaneali Brańscensi personaliter comparens nobilis Joannes olim Melchioris Zaleski de Zalesie alias Wysocki haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque perexpressis recognovit. Quia nobili Marinae Woinowna filiae nobilis Joannis Christophi Woino coniugi suae legitimae et ipse legitimus succedens Ratione dotis suae post eam acceptae et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum

bonorum